

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

mitigantibus, vtiliter miscetur. Nam ob equabilem qualitatis calidæ temperiem, quemadmodum calor radiorum Solarium calorem ignis naturalis

debilitat, ita hic omnem inflammationum æstum molliter sedat.

Quomodo fucus Herbæ ad ambusta conduntur?

NATURALIS INCLINATIO ATQVE VSVS CERVARIE, doctrina Magiæ veteris & recentis, spiritalis, cœlestis, & miraculosa, ex prioribus omnibus exoriens & effluens: in membris corporis humani interioribus & exterioribus.

VIS ET FACULTAS MAGICA huic Plante quomodo acquiritur.

Ad Fortitudinem, incendium, Paralyfin, pr. hiben

Proceres Turcici rari Paralyfi conipitur, idq; beneficio Gummi Maszlah frequentius sumpti.

Pierocholis Rite Oxycholis cito deflagrat ita idem quoque mihi maszlah inde percipiunt.

Quomodo hac Massa etiam Paralyfi occurratur

Ratio à testimonio phyticorum quorundam, & exemplis ex ipsa Experientia desumptis.

Vnius cause plures effectus.

TIIVS IMPERATOR in subita Excandescencia spasmo liberatur


Massa ex Oleo seminis, Succo radicis, & Gummi herbae, tempore conuenienti comparatorum, & Marte in Domo prima Saturnoq; in septima commorante (ita tamen, vt virtus Signi quod in Domo primâ incidit, quam eius quod in septimam, sit potentior) mixtum, atq; agitatione assidua ad Solem inspissatum, magnitudine fabæ deuorata, continuo sanguine & spiritibus concitatis animu efferat: Ita, vt morte & periculis ferociter spretis, in cædes & effusionem sanguinis totus feratur: ac truculentia equali atq; inhumanitate inexorabili, tam in homines quàm bestias deseuat. Atq; eadem ad Paralyfin quoque (quæ priuatio siue defectus quidam est motus naturalis in corpore, ac in neruis, ligamentis, et tendonibus solummodo spectatur) laudatissima simul & efficacissima

habetur. Quibus enim rerum virtus naturalis longo vsu cognita, & causa simul efficacis quam exercent explorata fuit, illi hoc asseuerant. Quæ res subitis Affectibus animum immutat, ita vt pro humano & miti furiosum, pro tristi vero hilarem, pro truculento & hostili amicū, sincerum & benivolū (qualiu conuersionū exēpla, vita humana fre-

quenter suppeditat) inducat. Eadem etiã Aegritudini dictæ naturaliter resisti. Quod cum ita se habeat, Proceres Regni Mahometici Paralyfi raro corripici cernuntur. Etenim in illis, quoties vsu huius gummi (cui à pueris assuescunt) sanguinem spiritusq; ebullire faciunt, incendium furoris continuo dissoluitur: et Virus iracundie, flatus siue spiritus concitati impulsu euomitur. Quod cum apud aliarum Gentium homines itidem non fiat, sed diutius plerumque alatur atq; coquitur: Accidit, vt his cor et omnes partes vitales vigore debilitato læquant, tristētur, & Affectibus melancholicis succumbant. Ac manifestè videmus, raro (vel nunquam etiam) Paralyticos reddi, Qui subito excandescunt, salibus dentatis ac scommatis amarulentis, instar muliercularum furore Barchico percitarum, viri

statim excutiunt: Vt plurimum vero immo sepiissime illos, qui fomitem iracundie fouere ac premere, nec in apertū emittere consueuerunt. Cui testimonio, vel exemplum Titi Imperatoris Romani accedit: Qui spasmodicis doloribus resolutus, cum iracundia subita excanduisset, membrorum motum, & sanitatem pristinam est consecutus.

MASZLACHI CONFECTIO.



CVM in planta presentis historia, mentio facta sit gummi Maszlach, hoc loco exponendū videtur, quod de eo aliquando ex relatione Calephi cuiusdam Caracolis cognoui. Egit is in aula Imperatoris Turcici Chapiangasum (id est Praefectum siue inuicem) famulorum, qui Iuuenibus purpuratis Atrij m. n. r. r. longo tempore, ante artem tonsoriam professus: & tandem ob praestitam in officio administrato diligentiam & fidem, anno 1538. ab Imperatore Solimano non solum libertate donatus, Verum etiam liberaliter collatis opibus dimissus, Vallona (Urbe Macedoniae satis antiqua) domicilium rerum & fortunarum suarum collocauit. Vbi cum annos aliquot habitasset, iam senex peregrinationem Mechtitanam suscepit. In eo itinere, cum inter alios me quoque ei comitem iungi contigisset, sermone Gallico quem mediocriter callebat, mihi significauit. Lachrymam hanc a Solis Meizenis (Sacerdotes illi sunt legum Mahometicarum scientiam professi) duodecimo quoque anno, quando Sol Leonem tenuerit (tempus hoc lingua patria oniki ydenosora vocant) in Traconitide monte, arte diligentissimè occultata ita fere parari. Semina quolibet anno, dum Venus se in Signo Leonis, & quidem ascensu suo Horizontem modo affecturo versatur, colligunt: atq; cura diligenti adhibita ne situm contrahant aut pulueribus vitentur, subinda versata aeri exponunt: tandem, vbi tempus expetitur adest, ea ipsa molunt: vel in trapeto quasiant, & Oleum (quemadmodum ex lino, nucibus, & papauere solet) inde exprimunt, expressum, reponunt: Vbi vero Sol gradum Leonis decimum, decimum quintum, vel vice simum cursu suo attrigerit, quoque herbae florum & radicum copiam magnam colligunt: & radices quidem minutim concidunt, succumq; inde exprimunt: herbam vero & flores, aqua Iordaniae fluuij decoquunt. Decocto huic vbi id refrixerit, mucilago quadam glutinosa supernata. Huius ergo illi partes aequales tres, cum succi ex radice duabus, & Olei ex Semine vna commiscunt. Hoc facto, omnia simul in Vasculum capaxius A, operculo foraminulento D, testum reconduntur: Vasculo vero in loco sublimi vbi radices Solaribus pateat collocato, instrumentū B, (quod Venus superne impellentibus perpetuo circumactū, spatulis quatuor C, materiam in fundo assidue agit) inferunt. Humor itaq; hoc modo reconditus, vbi tandem ad spissitudinem mellis (vel ultra etiam) fuerit redactus, Agitatorio ablato, & dum duret siccat. Atq; hoc perhibetur esse gummi Maszlach, cuius apud Turcas vsus est frequens, sed notitia ortus & modi quo paratur (praeter Sacerdotes dictos, qui ante tempus constituti, quoque uxores & liberos suos, ab eius tractatione arcent) paucis admodum perspecta. Porro ingens precium ex hoc Sacerdotes colligunt: Nam ipse portionem drachmas sex pendentem, Asperis ducentis & triginta emi: quam mecum in Germaniam detuli.

Caput Tricesimum.